

2) Cf. supra N. 5024 (not. 6). — 3) *Annus inc. (Lentuli consules multi reperiuntur inde ab a. u. c. 427).* — 4) *In decurias distributum erat collegium; et videntur in hoc quoque collegio, ut etiam in sodalibus Augustalibus (supra N. 5025) tot decuriae fuisse quot homines. Apparet autem hanc decuriam, quippe quae coeperit a C. Marcio Rutilo, non fuisse ex antiquissimis, sed institutam a. u. c. 454, quo anno pontificum et augurum numerus auctus est, primumque inter pontifices et augures plebeii recepti sunt, novorum pontificum unus fuit C. Marcius Rutilus, inter novos augures C. Marcius (Liv. 10, 9, 2), ab illo non diversus, vel filius eius.* — 5) Cf. not. 4. — 6) *Post Romam conditam.* — 7) *Aera Capitolina (cf. supra N. 466 not. 4).* — 8) *C. Mamilius Q. f. Q. n. Turrinus consul fuit a. 515; sed propter intervallum nimis magnum pater potius eius videtur significari.* — 9) *Videtur significari unus ex Scipionum consulatibus a. u. c. 494. 495. 500; sed in praenomine patris videtur erratum esse.* — 10) *Consul a. u. a. 288 (fasti Capitol.).* — 11) *Fortasse Q. Servilius P. f. Sp. n. Priscus 'Fidenas' dictator a. 319 et a. 336 (C. I. L. I ed. 2 p. 17). Sed mirum avi praenomen ipsiusque cognomen omissum esse.* — 12) *Nomen quale fuerit non apparet.* — 13) *Supplementum (Huelseni) non certum.* — 14) *Consul a. u. c. 720, augur dictus in nummis; propterea Borghesius hoc fragmentum auguribus attribuit.* — 15) *Consules suffecti hi noti etiam ex fastis Colotianis et Biondianis (C. I. L. I ed. 2 p. 64. 65).* — 16) Cf. *Prosopogr. imp. Rom. III p. 26 n. 198.* — 17) *Quae praecedunt, ad decuriam primam pertinuerunt; incipit decuria secunda. Apparet hoc album lapidi incisum esse ultimis Augusti temporibus.* — 18) *Fortasse M. Cornelius Maluginensis, decemvir legibus scribendis, antiquissimus Corneliorum quorum aliqua certa memoria extat.* — 19) *Est Scaurus consul a. u. c. 639, quem et augurem fuisse constat (Ascon. p. 18) et obiisse paullo ante a. u. c. 666 (Ascon. p. 20; Plut. Sull. 33 cf. 6), quo anno in locum eius auguris alius cooptatus est.* — 20) *Debuit esse T (pro ET), 21) item DCXXX.* — 22) *Consul a. u. c. 671; de eo cf. Münzer P. W. IV 1483.*

9339 .. Cornel]ius Dolabella¹ [loco
 M. Asini]us Marcellus² lo[co
 D. Torqu]atus Silanus³ [loco
 .. Iuni]us Silanus⁴ lo[co
 [C. Caesa]re III cos.⁵
 Cn. Pomp]eius Magnus⁶ [loco

Romae rep. in Aventino, inaedificata ecclesiae S. Sabae (Gatti *Notizie degli scavi* 1902 p. 357). *Tractavit Mommsen Herm. 38, 1903 p. 125. Superesse ex albo saliorum recte ut videtur coniecit Mommsen. Ex eodem albo videtur superesse VI 2002. Albi saliorum Palatinorum fragmenta habemus complura, unum ex iis vide supra N. 5024. Primi versus supersunt ex cooptationibus anni alicuius annum p. Chr. 40 proximè praecedentis (not. 5), fortasse anni 37. — 1) Fortasse P. Cornelii Dolabellae consulis a. p. Chr. 10 (supra N. 978. 5953) filius (praeterea ignotus) vel nepos (cf. *Prosopogr. imp. Rom. I p. 444 n. 1090*). — 2) *Consul a. p. Chr. 54 (Prosopogr. I p. 162 n. 1019).* — 3) *Consul a. p. Chr. 53 (ib. II p. 249 n. 558).* — 4) *De genere Claudii L. Iunio Silano (Prosopogr. II p. 249 n. 559) cogitavit Mommsen, puero etiam tum.* — 5) *A. 40, cuius anni initio solus C. Caesar fasces tenuit.* — 6) Cf. supra N. 995.*